

www.e-rara.ch

[Opera omnia]

Augustinus, Aurelius

[Basel], [1528-1529]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: AW 57

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5484>

Domino beatissimo et inenarrabiliter syncerissima charitate amplectendo, patri Simpliciano.
Augustinus in Domino salutem.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A

syncerissima charitate amplectēdo, patri Simpliciano, Augu-
stinus in domino salutem.

*Simplicianus episcopus Me-
diolanensis.*



Lenas bonorū gaudiorum litteras, q̄ sis memor mei meq̄ ut soles diligas, ma-
gnāq̄ gratulationi tibi sit quicquid in me donorum suorum dñs conferre di-
gnatus est misericordia sua, non meritis meis, missas munere sanctitatis tuæ, ac
in quibus affectum in me paternum tuo benignissimo corde non repentinum
& nouum hausi, sed expertum sanè cognitum q̄, repperi domine beatissime & uenerabiliter
syncerissima charitate amplectende. Vnde autem tanta exorta est felicitas litteratorio la-
bori nostro, quo in librorum quorundam conscriptione sudamus, ut à tua dignatione lege-
rentur: nisi quia dominus cui subdita est anima mea cōsolari uoluit curas meas, & à timore
recreate, quo me in talibus operibus necesse est esse sollicitū, nec ubi forte indoctior uel incau-
tior q̄uis in planissimo campo ueritatis offendam. Cum enim tibi placet quod scribo, noui
cui placeat, quoniā quis te inhabitet noui. Idem quippe omnium numerum spiritualium di-
tributor atq̄ largitor per tuā sententiam cōfirmabit obedientiā meam. Quicquid enim ha-
bent illa scripta delectatione tua dignum, in meo ministerio dixit deus, Fiat, & factum est:
in tua uero approbatione uidit deus, quia bonum est. Quæstiunculas sanè quas mihi eno-
dandas iubere dignatus es, & si mea tarditate implicatus non intelligerem, tuis meritis adiu-
tus aperiam. Tantū id quæso, ut pro mea infirmitate depreceris deum, & siue in his quibus
me exercere benigne paterneq̄ uoluisti, siue in alijs quæcunq̄ nostra in tuas sanctas manus
forte peruenerint, quia sicut dei data, sic etiam mea errata cognosco, non solum curam legen-
tis impendas, sed etiam censuram corrigentis assumas. Vale.

D. AVRELII AVGVSTINI

B

HIPPONENSIS EPISCOPI, AD SIMPLICIANVM ME/
diolanensis Ecclesiæ episcopum, de solutione quarundā quæstionum
ex epistola Pauli ad Romanos, liber primus.



RATISSIMAM plane atq̄ suauissimam interrogationum tua-
rum dignationē mihi pater Simpliciane misisti, quibus nisi respon-
dere conarer, non solum contumax, uerum etiā ingratus existerem.
Et illa quidē quæ de Paulo apostolo dissoluenda proposuisti, iam
à nobis erāt utcunq̄ discussa litterisq̄ mādata. Sed tamen eadem
ipsa uerba apostolica tenoremq̄ sententiarū, non contentus in qui-
sitione atq̄ explicatione præterita, ne quid in ea negligentius præ-
terissem, attentius rimatus sum. Non enim tu ea percontanda cen-
seres, si eorū intellectus facilis atq̄ expeditus foret. Nā ex eo loco ubi scriptū est, Quid ergo
dicemus? Lex peccatū est? Absit, usq̄ ad eū locum, ubi ait, Igitur lex uolenti mihi bonū est,
& cætera, credo usq̄ ad illud, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?
Gratia dei per Iesum Christū dominū nostrum: primā nos uoluisti enodare quæstionem.
Quo loco uidetur mihi Apostolus transfigurasse in se hominē sub lege positū, cuius uerbis
ex persona sua loquitur. Et quia paulo ante dixerat, Euacuati sumus à lege mortis in qua de-
tinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus & nō in uetustate litteræ, atq̄ ita ut per hæc
uerba quasi reprehēdisse legē possit uideri, subiecit statim, Quid ergo dicemus? Lex peccatū
est? Absit. Sed peccatū nō cognoui, nisi per legē. Nam cōcupiscentiā nesciebā, nisi lex diceret,
Nō cōcupisces. Hic rursus mouet, Si lex nō est pētīm, sed inseminatrix peccati, nihilominus
his uerbis reprehēditur: quare intelligendū est legē ad hoc datā esse, nō ut peccatū infereret
neq̄ ut stirparetur, sed tantū ut demonstraretur quo animā humanā quasi de innocentia se-
curam ipsa peccati demōstratione ream faceret, Vt quia peccatum sine gratia dei uinci non
posset, ipsa reatus sollicitudine ad percipiendam gratiā conuerteretur. Ita q̄ nō ait, Peccatum

*Questio 1.
Rom. 7.*

2. Retract. c. 8.